



Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto  
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

### Justinianum Serédi,

quem Pius XI. Summus Pontifex non-nullis diebus ante in numerum patrum<sup>1</sup> purpuratorum<sup>1</sup> referebat, deinde archiepiscopum Strigoniensem et principem primatorem Hungariae nominabat, die octava mensis Januarii in capella, quae Sixtina dicitur, maxima cum pompa episcopum concesravit.<sup>2</sup> Festis sacris praeter fratrem eius aderant complures e Hungaria, qui propter animos<sup>3</sup> laetitia commotos<sup>3</sup> durante ceremoniā consecrationis lacrimas oborientes reprimere nequiverunt.

Hungari tempore consecrationis Romae commorantes primate praeente

fidem<sup>4</sup> Summo Pontifici iuraverunt.<sup>4</sup> Papa Hungaros libentissime exceptit et verbis fervidis mentionem fecit aerumnarum<sup>5</sup> et meritorum, que filii Hungariae per complura saecula cultum humanitatemque

Europae occidentis defendantes optime meriti sunt. Inter cetera hoc quoque dixit: «Aufertis a me primatorem vestrum, non, non aufertis: a pectore meo avellitis<sup>6</sup> eum».

Cardinalis<sup>7</sup> primas in patriam reversus a finibus Patriae mancae<sup>8</sup> usque ad metroplim in omnibus ferreae<sup>9</sup> viae<sup>9</sup> stationibus<sup>9</sup> maxima cum laetitia et veneratione salutatus est et tota



<sup>1</sup> bábornok <sup>2</sup> felszentel <sup>3</sup> megindultság <sup>4</sup> hódolatát bemutatja <sup>5</sup> szenvédés <sup>6</sup> letép <sup>7</sup> bíboronok <sup>8</sup> csónka <sup>9</sup> vasuti állomás.



Hungaria plaudente atque iubilante Strigoniū munus<sup>10</sup> archiepiscopi<sup>10</sup> capessivit.<sup>10</sup>

Tessera<sup>11</sup> cardinalis primatis in armis<sup>12</sup> legitur haec: Iustitia et Pax. Iustitiam petit omnibus, pacem praedicat non rebus ansans<sup>13</sup> labore.

Ad multos annos!

<sup>10</sup> elfoglalja érseki székét      <sup>11</sup> jelszó      <sup>12</sup> címer  
<sup>13</sup> vonakodik.

Quos Tisia ingentes campos lavat atque Marisus,  
Omnes Achitonius, princeps<sup>18</sup> fastosus<sup>19</sup> habebat;  
Cui diffusa<sup>20</sup> greges ovium per prata ferique  
Pascebant equi, quorum nemo rationem<sup>21</sup>  
Reddere<sup>22</sup> vir poterat, pecorum nec obire<sup>23</sup> catervas.  
Ipse quidem Graeco iam pridem more novatus  
Per<sup>23</sup> speciem<sup>23</sup> Cristi sectator erat, sed acerbas<sup>24</sup>  
Esse ratus leges, animo praecepta tenaci<sup>25</sup>  
Sancta refutabat<sup>26</sup> moresque tenebat avitos.  
Milia fidorum disceabant arma clientum,  
Omnibus in rebus domini studiosa<sup>27</sup> potentis  
Illiisque omni causae<sup>28</sup> servire parata.  
Achtonius numero manuum<sup>29</sup> fretus nova regna  
Regis detrectans<sup>30</sup> animo civile procaci<sup>31</sup>  
Abnuit obsequium<sup>32</sup> fraternaque bella parabat,  
Immemor ausa<sup>33</sup> mala Coppani morte luentis<sup>34</sup>  
Talia sunt hominum flammata cupidine<sup>35</sup> corda,

### Sanctus Stephanus.

Scripsit: V. F.

Hungaricas rapidus terras interfluit amnis,  
Flexibus<sup>1</sup> et multis fluvium decurrit in Histru<sup>2</sup>,  
Flumen id Hungaricum Tisia<sup>3</sup> est vicina feraces<sup>4</sup>  
In loca qui limos sollemni<sup>5</sup> fundit aquarum<sup>5</sup>  
Aucta; sed laetos<sup>6</sup> ubi nunc est cernere campos  
Et flavas segetes zephyro spirante natantes,<sup>7</sup>  
Tum loca senta,<sup>8</sup> rudes<sup>9</sup> agros et prata videres  
Obsita graminibus putidasque<sup>10</sup> mephite<sup>11</sup> paludes,  
In quibus innumerae volucrum vixere catervae:<sup>12</sup>  
Hic ferus<sup>13</sup> anser<sup>13</sup> anas,<sup>14</sup> rubroque ciconia rostro,  
Ardea<sup>15</sup> procera cervice gruesque<sup>16</sup> tumultu  
Aëra permixto vocum strepituque<sup>17</sup> replebant.



### De Iulio Caesare.

Iulius Caesar, imperator maximi ingenii aetatis sua civibus non erat gratus. Romani enim suspicabantur eum rem publicam prostraturum et se regem creaturum esse velle. Improbavere igitur blanditias, laudes, quibus Caesarem nonnulli circumdederunt.

Quondam homo supplex veniebat ad eum. Constitut ante imperatorem et capite declinato extulerat preces. Sed Caesar immotus oculos in laquear circumferebat. Civis confusus se aliquid prave dixisse rebatur referebatque petitionem. Caesar vultum non movebat et paulo post preces abnuit; satellites subridabant homini contempto, qui desperatisime ad pedes imperatoris collapsus est.

— O Caesar, maxime, miserere!

<sup>1</sup> kanyarulat    <sup>2</sup> Duna    <sup>3</sup> Tisza    <sup>4</sup> termékeny    <sup>5</sup> éven-  
kinti    <sup>6</sup> kövér    <sup>7</sup> hullámzó    <sup>8</sup> tövises    <sup>9</sup> müveletlen  
<sup>10</sup> rothadó    <sup>11</sup> kigözölgés    <sup>12</sup> csapat    <sup>13</sup> vadlúd    <sup>14</sup> kacska  
<sup>15</sup> gémi    <sup>16</sup> daru    <sup>17</sup> láarma    <sup>18</sup> fejedelem    <sup>19</sup> gögös  
<sup>20</sup> tágas    <sup>21</sup> számontart    <sup>22</sup> megszámlál    <sup>23</sup> látszólag  
<sup>24</sup> kemény    <sup>25</sup> makacs    <sup>26</sup> megvet    <sup>27</sup> ragaszkodó  
<sup>28</sup> ügy    <sup>29</sup> csapat    <sup>30</sup> nem fogad el    <sup>31</sup> szemérmeléken  
<sup>32</sup> engedelmesség    <sup>33</sup> merénylet    <sup>34</sup> megbünhődik  
<sup>35</sup> szenvedély.

Et, mirabile dictu, caput sustulit et haec verba clementia audiebantur:

— Preces tuae ad exitum pervenient!

— Oh — inquit — quam admirabile! Homines maximi tibique similes aures in pedibus habent!

Caesar intellexit exclamationem aculeatam et risum tollens non solum, quae homo supplex rogavit, fecit, sed etiam nummos aureos ei donavit. Tamen posterius oblitus est muneris. Cum imperator, gloriae cupidissimus, imperfectus esset, homo ille saepe dixit:

— Si Iulius Caesar aures non in pedibus habuisset, neque tam superbus fuisset, conspirationis certior factus nunc quoque viveret.

Anna Beliczay.

### Festina lente!

Theresa et Prisca in horto ludebant. Forte nucem humi conspexerunt, quae de arbore cecidit; nux utrius esset, disputaverunt.

Quae viliosa pelunt semper cupiunq[ue] nefasta,<sup>36</sup>  
Nec tamen alterius solita mercede<sup>37</sup> docentur.<sup>38</sup>  
Iam Tisiae flexum regis tetigere cohortes.  
Flumina quo<sup>39</sup> latus fundit limosa Maris<sup>40</sup>  
Iam vada transgressi stabant hostilibus arvis  
Achtoniique vident celeres procedere turmas.  
Genua sed imponit tellure Chanadius ambo  
Et manibus passis<sup>41</sup> ardenti voce precatur:  
«Te rebus dubiis imploro, sancte Georgi,  
Admoveas<sup>42</sup> aures<sup>42</sup> precibus, quibus alta laccesso<sup>43</sup>  
Caela tuisque feras cultoribus,<sup>44</sup> optime, lucem<sup>45</sup>  
Hostes si dederis nobis superare rebelles  
Achtoniique ducis regnum delere superbi,  
Hic, ubi sto, templum tibi coenobiumque locabo».  
Haec effatus equum concendit et ordine iusto  
Agmina gramineis<sup>46</sup> docte<sup>47</sup> porrexit in arvis.  
Hostiles pariter currunt utrimque cohortes;  
Tum canitur signum pugnae rapidoque volau  
Reprimit impulsus<sup>48</sup> paulum vis magna rebelles  
Et perturbati coguntur cedere primum;  
Sed quia plures sunt, ducis acri voce relenti  
Fortius instantes subsistunt<sup>49</sup> signa Chanadi.  
Tum vehemens oritur certamen utrumque; virorum  
Pectora transfigunt celeres animosa<sup>50</sup> sagittae,  
Pars bona<sup>51</sup> mordet humum telo percussa volanti  
Atque alios mucro gladii profligat acutus,  
Multis infligit nodosus<sup>52</sup> vulnera stipes.<sup>52</sup>

«Ego prior vidi» — ait Theresia — «Ego prior vidi» — ait etiam Prisca.

Postquam consentire non poterant, Franciscus frater earum dixit: «Ite ad finem horti, expectate, dum tria numero, tum currere incipiatis; quae ad nucem celerius venerit et sustulerit, eius erit. Sed valde ne curratis, quia celerem esse non semper satis est, ut aliquis ad finem veniat.

Puellae decretum Francisci probabant et ad finem alteram horti ibant.

Franciscus numeravit, unus duo-tres! Tum puellae currere coeperunt.

Thresia memor exhortationis Francisci caute cucurrit.

Sed Prisca obliscebatur exhortationis, pedem offendebat ad lapidem et cadit.

Thresia facile sororem praecedit et dum Prisca surgit, cum nuce laeta exultat.

Prisca flere coepit. Franciscus graviter ei dixit: «Cur neglegens eras? Nunquam — quod proverbium docet — obliscares: Festina lente»!

Prisca Morgos.

Dentibus infrendes<sup>53</sup> per lata Chanadius arva  
Currit et admisso sublimis equo volat acrem  
Achtonium quaerens magnoque furore citatus,  
Quos fors<sup>54</sup> obtulerat, crudeliter obterit<sup>55</sup> hostes.  
At cum quaerendo frustra se perdere tempus  
Perspicit, ad pugnas animum<sup>56</sup> convertit acerbas.  
Tum videt hostiles sensim<sup>57</sup> superare cohortes  
Alque suos numero pedetemptim<sup>58</sup> cedere magno;  
Ora pudore rubens alias clamore acuebat,<sup>59</sup>  
Acrius inter dum segnes flammabat ad arma,  
Iamque alias obstans conabatur fugituros  
Sustentare<sup>60</sup> viros aciemque novare labantem.  
At citius poteris lymphas<sup>61</sup> retinere rapaces,  
Quam semel infractas<sup>62</sup> pugnantibus addere vires.  
Haec ubi perspexit, nimio dilapsa<sup>63</sup> labore  
Agmina conatur circum vexilla vocare  
Compositasque<sup>64</sup> manus in tuta reducere castra.  
Ut videre ducis luctamina<sup>65</sup> magna cohortes,  
Quisque cito cursu densum consistit<sup>66</sup> in orbem<sup>66</sup>  
Incipiuntque pedem retro in loca tuta referre.  
Qui claudunt agmen, vexati protinus<sup>67</sup> armis,  
Pars telo percussa cadit, pars saucia fidis  
Dicitur a sociis firmisque levata<sup>68</sup> lacerlis<sup>69</sup>  
Et clipeis obiecta potest reperire salutem<sup>70</sup>  
Restitat insectans<sup>71</sup> paulatim turma rebellis  
Adque ducem properat festina redire severum.

(Ad numerum proximum.)

36 tilos 37 bünhödés 38 okul 39 ahol 40 Maros  
41 kiterjeszt 42 meghallgat 43 ostromol 44 tisztele  
45 segítség 46 füves 47 ügyesen 48 lökés 49 meg-  
állít 50 bátor 51 nagy 52 buzogány 53 csikor-  
gat 54 véletlen 55 legázol 56 figyel 57 lassankint  
58 lassankint 59 buzdít 60 megállít 61 víz 62 meg-  
tört 63 szétszéledt 64 rendbeszedett 65 küzködés  
66 körbe állít 67 folyton 68 segítve 69 kar 70 mene-  
küklés 71 üldözö.

## Lucius Marius.

Scripsit: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 4. In aliis regionibus.

Postridie eius diei multo mane litterae Lucio allatae sunt, quae his verbis scriptae erant:

«Rex Mithridates Lucio Mario civi Romano salutem. Ei, qui has tibi litteras tradi-  
derit, te non aufugiturum<sup>1</sup> esse policeberis.  
Si recusaveris, imperatum est, ut continuo  
te trucidet.<sup>2</sup> Quo te ducet, eum comitaberis.  
Nihil tibi mali accidet. Iterum te videbo.  
Vale!»

<sup>1</sup> megszökik    <sup>2</sup> megöl.

His litteris perfectis equum descendere et una cum turma equitum iter ingredi coactus est. Primum paene occidentem versus<sup>3</sup> ibant. Post dierum quindecim equitationem turma ad septentriones iter flexit et nonnullis diebus post ad Pontum Euxinum pervenit. Per complures dies praeter ingenitem arduamque rupem<sup>4</sup> equitabant, cum per magnam in rupe rimam<sup>5</sup> Caucasi vertices in caelum<sup>6</sup> editos<sup>6</sup> conspexerunt. Tum equites, quod<sup>7</sup> montanorum<sup>8</sup> impetum exspectabant, ordine<sup>9</sup> pergere coeperunt. Duo equites ante eos equitantes omnes suspectas res duci renuntiare debebant.

Bidui itinere confecto ad pagum pervenient, ubi via magna hominum multitudine interclusa erat. Initio<sup>10</sup> consilio<sup>10</sup> Lucias rogatus sententiam haec verba facit:

— Cum viam per vim aperire non possumus, eos in errorem inducemos.<sup>11</sup> Ubi tenebrae appetierint,<sup>12</sup> faces ventilabimus,<sup>13</sup> maximum tollemus clamorem, deinde audacter eos adoriemur. Illi nos primum<sup>14</sup> exercitus agmen esse rati<sup>15</sup> sese recipient.

Dolus bene successit. Nox erat tenebrosa. Pagani<sup>16</sup> taedis<sup>17</sup> flagrantibus obstupefacti fugae se mandarunt. Turma statim utens condicione rimam perequitat et equis admissis per pagum mox in liberum spatium pervenit.

Postea iter sine intermissione<sup>18</sup> peragebant. Etsi satis tuti a montanis erant, tamen admodum gavisi sunt, cum ad litus in pagum piscatorum pervenerunt. Ibi relictis equis in pontones<sup>19</sup> ascendunt. Cum ventus esset secundus,<sup>20</sup> tribus diebus post ad oppidum quoddam pervenient, unde navi bene instructa Phanagoriani, post per Bosporum Cimmericum Panticapaeum vecti sunt.

Lucius ibi quattuor annos in vita sua acerbissimos<sup>21</sup> transigebat. Hoc tempus erat taedii plenum.<sup>22</sup> Habebat tamen paulum consolationis;<sup>23</sup> nam Chrosimo, adolescenti Cilici permissum erat, ut Lucium prosequeretur atque ille tam probum, bonum, honestum se praebebat, ut nihil ad spem reliqui faceret.<sup>24</sup> Et regiones oblectationibus opportunae erant: hieme ursos luposque venabantur; lepores erant plurimi, quos aestate per canes, hieme vestigia sequendo

capiebant. Hieme Lucius recentiorem voluptatem cognovit. Nam tum primum vidi mare crassa crusta<sup>25</sup> obductum moxque in glacie<sup>26</sup> celeriter currere didicit. Ossa enim soleis<sup>27</sup> peronum<sup>28</sup> applicabat et per levem<sup>29</sup> glaciem cellerrime labebatur.

Nonnunquam nuntios ex Italia et Tharsos accipiebat. Eo anno, qui fuit LXVI. a. Chr. n., Lucius a patre litteras accepit, in quibus praeter alia haec scripta erant: «Lucullus revocatus et Pompeius imperator Asiaticorum exercituum electus est. Profecto tanta est fama Pompei, ut nihil sit, quod ei populus Romanus committere<sup>30</sup> nolit. Anno enim superiore bello cum praedonibus gesto maria quinquaginta diebus ita purgavit, ut nemo sit eorum relictus. Quam ob rem, cum de rebus in Asia male gestis rumores in urbem allati essent, Manilius tribunus plebis legem promulgavit, ut universae legiones ac naves Asiaticae Pompeio committerentur. Pompeius iam obtinet imperium. Faxit deus, etiam ex hac re salus tua sequatur!»

Chrosimus, cum haec cognovisset persuasumque haberet patrem bello piratico<sup>31</sup> mortuum esse, aliquot dies in cogitationibus defixus esse videbatur. Tandem ad Lucium aggressus haec dixit:

— Habeo quoddam secretum,<sup>32</sup> quod amplius reticere non queo. Memorasti insulanum et portum, quo meus te pater adduxerit. Haec, uti novisti, non facile reperiuntur. Est in insula secreta res, cuius mortuo patre ego solus habeo notitiam. Pater enim partem praedarum infudit; etiam avus ita fecerat. Cum primum una cum eo iter in mari facerem, locum mihi clandestinum<sup>33</sup> ostendit. De quo<sup>34</sup> te nunc edocebo.<sup>35</sup> Opibus,<sup>36</sup> si eos reppereris, ex libidine<sup>37</sup> uterus. Meministi ibi esse flumen, qui in sinum influat. Ab ostio fluminis secundum litus ad orientem

<sup>3</sup> felé <sup>4</sup> szikla <sup>5</sup> hasadék <sup>6</sup> égig nyuló <sup>7</sup> mivel  
<sup>8</sup> hegyi lakók <sup>9</sup> csatarendben <sup>10</sup> tanácskozás közben  
<sup>11</sup> félrevezet <sup>12</sup> beáll <sup>13</sup> csóvál <sup>14</sup> előcsapat  
<sup>15</sup> vélve <sup>16</sup> falubeliiek <sup>17</sup> fáklya <sup>18</sup> megszakítás  
<sup>19</sup> komp <sup>20</sup> kedvező <sup>21</sup> keserves <sup>22</sup> unalmas  
<sup>23</sup> vigasztalás <sup>24</sup> teljesen megfelel a beléje helyezett reménynek <sup>25</sup> kéreg <sup>26</sup> jég <sup>27</sup> talp <sup>28</sup> csizma  
<sup>29</sup> sima <sup>30</sup> rábítz <sup>31</sup> tengeri rablókkal való <sup>32</sup> titok  
<sup>33</sup> titkos <sup>34</sup> erről <sup>35</sup> kioktat <sup>36</sup> kincs <sup>37</sup> tetszés szerint.

tem versus trecentos passus facies. Deinde tergo ad mare converso idem spatium ad interiorem insulam perges. Sed quia solum iniquum<sup>38</sup> est, uteris linea,<sup>39</sup> quam procedens in terra pones. Ad trecentos passus in silva planitiem<sup>40</sup> invenies; ibi est locus reperiendus. Locum verum ex eo repieres, quod in ulteriore latere sinū in montibus est scissura,<sup>41</sup> per quam pridie Calendas Septembres media nocte ex loco vero Vergiliae<sup>42</sup> conspicuntur. Si ambo liberati erimus, una quaesitum ibimus; si vero hic mortuus ero, quod ita fore sentio, solus ibis. Insula paulum inter septentriones et occasum solis a ripa Cretae sita est.

Lucius quidem singulas partes descripsit, tamen rem non valde curabat. Multo magis agitabat secum modum salutis, quam adventu Pompei fieri posse arbitrabatur.

### 5. De morte Mithridatis.

Mithridates, quamquam a Pompeo victus erat, tamen sese non dedidit,<sup>43</sup> sed magnifica consilia coquebat.<sup>44</sup> Post cladem Ponto expulsus in Bosporum Cimmericum se recepit et statuit stirpes.<sup>45</sup> Asianos ad seditionem concitatos<sup>46</sup> contrahere, Gallos et Hispanos in Romanos instigare,<sup>47</sup> in Europam transire, Alpibus superatis<sup>48</sup> Romanos cogere, ut ante portas de vita decertarent.

Consilium quidem eximium, tamen multo maius, quam ut ad effectum perduci<sup>49</sup> possit. Accedebat, ut Mithridates anno diutius morbo laboraret,<sup>50</sup> quo non solum corpus et animus debilitata, sed etiam vultus indecoratus<sup>51</sup> erat, ut neminem se ipsum adire pateretur. Neque tamen desperabat; nam maximam vim<sup>52</sup> auri, argenti, aeris signati<sup>53</sup> crudique<sup>54</sup> cumulaverat, quae ad ultimos apparatus, ut ita dicamus, utraque manu dissipabat. Homines aviditate adducti frequentes ei se adiungebant. Ex his et veteranis, qui ipso imperante iam in multis bellis stipendia<sup>55</sup> fecerant, ingentem exercitum comparavit.

Demum aestate anni LXIII. a. Chr. n. quarto fere anno post, quam Lucius Phanagoriam advenerat, omnia parata esse videbantur, cum rex convaluisse, ipse consilium

exercitui significare volebat. Sed prius Lucium ad se arcessivit.

— Hodie — inquit — mea consilia audies tibique decernendum erit. Satis diu exspectavi.

Intererant<sup>56</sup> concilio, quod in foro habebatur, praefecti et centuriones et tot milites gregarii,<sup>57</sup> quot locus capere poterat. Praefecti dignitate maiores, quorum erat consilia regis approbare, antestabant. Mithridates in forum lectica<sup>58</sup> vectus in suggestu, qui in supremis templi gradibus fabricatus erat, sedet; Lucius post eum stabat. Rex levato corpore maximam orationem habuit de bello Romanisque puniendis. Postquam loqui desiit, paulum assentationis<sup>59</sup> audita est; plerique tamen improbare consilia videbantur. Tum rex in lecticam ascendit et domum vectus est. Lucio annuit, ut sequeatur.

— Nunc — inquit — cum Romanis de vita dimico. Pacem atque deditonem obtuli,<sup>60</sup> sed Pompeius optavit, ut cervicem ante se demitterem. Ex illo tempore omnes Romani mihi sunt inimici. Elige aut me aut Romam; at si Romam elegeris, scito te moritum esse. Responsum ne praefestines.<sup>61</sup>

Lucius aliquamdiu tacnit. Tum audacter respondit:

— Amplissime rex, hoc unum licet mihi respondere...

Voces eius clamoribus repente sublatis interruptae sunt. Cives enim et milites in foro maximo tumultu trepidabant. Pharnaces, Mithridatis filius orationem e suggestu habuit ad cives, qui assensu tumultuoso plaudebant. Tum imperator exercitus ad Pharnacem aggressus diadema,<sup>62</sup> quod ex charta factum erat, in capite ponit.

— Eu vipera! — inquit rex dentibus stridens<sup>63</sup> — quam in sinu meo nutricavi.<sup>63</sup>

Potestatem quidem e manibus elapsam, tamen vitam servari posse credens in volume celeriter haec scripsit: «Ego, Mithri-

<sup>38</sup> egyenetlen <sup>39</sup> lenfonal <sup>40</sup> tisztás <sup>41</sup> rés

<sup>42</sup> Fiastyúk <sup>43</sup> megad <sup>44</sup> sző <sup>45</sup> törzs <sup>46</sup> fellázít

<sup>47</sup> lázit <sup>48</sup> átkelve <sup>49</sup> véghez visz <sup>50</sup> betegeskedik

<sup>51</sup> elruttit <sup>52</sup> vert <sup>53</sup> nyers <sup>54</sup> katonáskodik <sup>55</sup> jelén

van <sup>56</sup> közkatona <sup>57</sup> hordágy <sup>58</sup> csekély helyeslés

<sup>59</sup> felajánl <sup>60</sup> elhamarkodik <sup>61</sup> korona <sup>62</sup> sziszegve

<sup>63</sup> ápol,

dates, ulro regnis Ponti et Bospori me abdico<sup>64</sup> neque eorum possessione Pharnacem impediam, si tamen concederit, ut, quocumque mihi libet, me conferam».

Volumen per nuntium Pharnaci mittitur. Quod ille cum perlegisset, concidit. Nuntius non revertitur. Tum Mithridates vitae finem adesse perspexit.

— Abi — inquit servo — et arcesse hue filias; tu vero affer mihi lagoenam<sup>65</sup> vini tresque camellas.<sup>66</sup>

Erant in atrio praeter regem custos ingens corporis, duo servi, Lucius, Chrosimus. Tum filiae regis ingrediuntur. Utraque regibus despontae<sup>67</sup> erat: Nyssa maior natu regi Aegyptio, Mithridatis regi Cyprio; at conubium adversa fortuna iudicatum erat.

— Filiae — inquit Mithridates — iam non sum rex. Pharnaces est rex vester. Quid facietis? Liberam habetis eligendi potestatem. Eo rege vivere nolo.

— Pater — aiunt puellae simul — tecum moriemur.

Tum Mithridates parum veneni duabus camellis instillat. Puellae camellas arreptas exhaustiunt. Deinde manum patris osculatae lacerna vultum velant et resident. Effectus veneni tacitus et dolore vacuus erat. Aliquoties magnos gemitus cident, tum declinato capite exspirant.<sup>68</sup> Mithridates sublatis lacer-nis palpebras<sup>69</sup> deprimit et ceterum venenum in tertiam camellam infundit.

Sed venenum irritum esse videbatur. Nam Mithridates veritus, ne veneno interficeretur, paulatim remediis se firmaverat. Cum iam diu frustra exspectasset, subsiluit.

— Restat — inquit — ars una, quae nulum habet remedium.

Et virum ingentem advocat.

— Diu fuisti mihi fidelis. Adhuc uno mihi opus est officio. Adversus venenum valde me firmavi, at non contra proditionem filiorum. Huius rei gladius est solum remedium. Impinge.<sup>70</sup>

Vir Galata, ut imperatum est, pectori sicam infligit. Sed cum regem corruere<sup>71</sup> videret, furore incensus in Lucium irruit. Paene is erat ei dies ultimus, ni Chrosimus adfuisset. Is inter virum ingentem et Lucium insilit; sica cor eius transfigit. Eo temporis

vestigio ianua infringitur et turma militum intrat. Tum custos corporis sicam in pectus suum infigit et moriens supra cadaver<sup>72</sup> Mithridatis concidit. (*Ad numerum proximum.*)

<sup>64</sup> lemond <sup>65</sup> palack <sup>66</sup> csésze <sup>67</sup> eljegyez <sup>68</sup> meg-hal <sup>69</sup> szemhéj <sup>70</sup> szúrj! <sup>71</sup> összeesik <sup>72</sup> hulla.



Magister in schola :

«Quaenam sunt bella<sup>1</sup> intestina ?»<sup>1</sup>

«Bella intestina sunt...»

«Nitere!... Sunt, quae fiunt...»

«Ah! Quae fiunt in stomacho,<sup>2</sup> cum ieunus<sup>3</sup> est.»

\*

Postquam magister de meteorologia disseruit:<sup>4</sup>

«Quid igitur sublime, super caput nostrum est?»

«Caelum.»

«Cum autem pluit?...»

«Umbrella.»<sup>5</sup>

\*

Amicus Stephani, qui famulus a dulciario<sup>6</sup> pistore<sup>6</sup> est assumptus :

«O te beatum, qui artocreatia<sup>7</sup> omnis generis comedere semper potes!»

Stephanus : «Comedre?... Quomodo possim, cum herus<sup>8</sup> ea semper recenseat». Tan-tum lambere<sup>10</sup> mihi datur».

\*

Magister : «Agedum, Josephe, numera tria corpora caelestia, quae proximiorem rationem<sup>11</sup> cuni nostra terra habeant». <sup>11</sup>

Josephus : «Monoplana, biplana navesque per aerem dirigibles».

\*

Adalbertus museum Aegyptiacum visitat. Cum medicatis<sup>12</sup> coram cadaveribus<sup>12</sup> per-venit : «Oh! quanta illorum hominum sta-

<sup>1</sup> belső háborúk, polgárháborúk <sup>2</sup> gyomor <sup>3</sup> üres  
<sup>4</sup> előad <sup>5</sup> esernyő <sup>6</sup> cukrász <sup>7</sup> pástétom <sup>8</sup> gazda  
<sup>9</sup> megolvás <sup>10</sup> nyál <sup>11</sup> viszonyban van <sup>12</sup> műmia

tura esse debuit — exclamat — si iam in incunabulis<sup>13</sup> tanta erant».

\*

Emericum pater in hyppodromum<sup>14</sup> conduceit eique monstrans equum qui victor plura nummorum millia hero acquisivit, filium monet :

«A manno<sup>15</sup> illo disce; nondum trium annorum aetatem superavit iamque tantam pecuniam lucrari valuit».

<sup>13</sup> bölcső <sup>14</sup> lóversenyter <sup>15</sup> paripa.

### Solutio aenigmatum Numeri V.

1. Periculum in mora.
2. Tempora mutantur.
3. Iuventus est ephemesis optima.
4. Pensa Latina.
5. Nemo ante mortem beatus.

### Aenigmata rite dissolverunt.

Franciscus Szelmayer (Veszprém; non utuntur, sed mutantur), Andreas Horváth (Veszprém), Adalbertus Herencsényi (Veszprém), Andreas Világhy (Veszprém), Stephanus Bilustyák (Veszprém), Adalbertus Lukács (Budapest e scholis Piis), Ioannes Kren (Budapest e scholis Piis), Lilia Ungár (Budapest, tria tantum solvere potuit), Franciscus Horváth (Veszprém), Franciscus Horváth (Veszprém), Ludovicus Pólya (Veszprém), Josephus Molnár (Veszprém), Victor Prohászka (Veszprém), Stephanus Vadas (Veszprém), Iulius Kliment (Veszprém), Ladislaus Pazsitzky (Veszprém), Nicolaus Németh (Veszprém), Emericus Barcza (Veszprém), Ioannes Nagy (Veszprém), Nicolaus Klein (Kisújszállás, Nicolaus Prasszer (Veszprém), Alexander Laucsek (Veszprém), Prisca Morgos (Kaposvár), Adelaida Wittreich et Ladislaus Hencsy (Veszprém), Ludovicus Kurcz (Veszprém), Emericus Lukcsics (Veszprém), Stephanus Udvardy (Veszprém), Ladislaus Ránzay (Veszprém).

## AENIGMATA.

### Series libratae.

1. animal in cella frumentaria
3. talis est homo, qui multum laborabat
5. forma verbi : dies, sed interposita : e
21. verbum dicendi
22. ex verbo : divus, relicta ult. syllaba
23. contradicit verbo: par
24. coniunctio potentialis
40. coniunctio finalis
41. animal domesticum, sicut direct. 35
42. adoratio Catholice nota
43. cantus iuventutis de iuventute
44. acc. pron. pers. — litteris aversis
46. . . . Marianum
47. synonymon verbi: tergum, reliquo : m
48. in templo est
49. leo facit ceteris animalibus, persona I.
50. syngraphi pars (útlevél), sed litteris aversis



		1.	40.	41.	42.			2.	43.		44.	45.		
	3.							4.					46.	
5.			6.					7.			8.		47.	
9.					10.	48.		11.						
12.				13.								14.		
15.							16.		49.					
17.		18.						19.				20.		
			21.		50.		22.						52.	53.
23.	51.	24.					25.							
26.		54.					27.							
28.				29.							30.			
31.						32.								
33.	55.	34.						56.		35.				
36.		57.		58.		37.			59.					
		38.				39.								

Paulus Farkas.

51. oppidum Sabinorum vel Umbriae, ubi s.  
Benedictus natus est
52. Romanorum est
53. qui non odit, is . . . (partic.)
54. pars capitinis, litt. reversis
55. hiemem sequitur
56. pars corporis avium
57. sicut direct. 31. litt. aversis
58. sicut 24.
59. aequales consonantes.

*Series directae.*

1. animal domesticum, naso nostro incommodum
2. pars castrorum Romanorum
3. tempora non imperfecta et nondum perfecta
4. ex quo fiunt statuae
5. do, ut . . .
6. acc. pron. reflex
7. vocales aequales
8. sicut 5-sed litteris aversis
9. pronomen demonstr.
10. imperativus verb.: do
11. sicut 5, sed generis neutrius
12. forma verbi: sum
13. flumen, in quo d. Jesus Chr. baptisatus est — relictia littera: n
14. tres litterae inscriptionis crucis sanctae
15. terminus technicus stylaris, hungarice: jóhangás, ph: f.
16. instrumentum scribendi
17. sicut: 9.
18. si — ne, contarctum
19. ex quo: masculinus derivatur
20. vox vaccae.
21. coniunctio temporalis
22. imperativus verbi: duco
23. praepositio loci
24. naves frequentant — relictia ult. litt.
25. alterum nomen Danubii, relictia: T
26. alterum nomen: cingari
27. adverbium e verbo: vir.
28. . . . patria et libertate
29. e verbo: mitis derivatur
30. sine . . . et studio
31. nummus Romanorum
32. sicut 23, sed litt. aversis
33. qui non est mulier, sed litt. aversis
34. vocula vetandi
35. animal domesticum
36. aestate nos cruciat
37. contradicit verbi: paucus
38. sicut libr. 23, sed litt. aversis
39. talis est mulier, cum irascitur.



Ego sum principium mundi  
Et finis saeculorum.  
Per me facta sunt omnia,  
Sine me factum est nihil.  
Ego sum unus et trinus,  
Sed non sum Deus.



*Compluribus. Solutio aenigmatis num. III. et IV. sero allata est. Qua de causa nomina eorum aenigma solverunt, non potuerunt edi. — T. György. Sescentas gratias pro litteris tuis, vir illustrissime. Moderator summis viribus in eo est, ut Iuventus libenter ab omnibus legatur. — Nicolaus Kelin. Quae e Corriera della Sera in Latinum convertere vis, libenter expecto, sed animum adverte, ne tanta menda in versione legantur, quanta in epistola tua. — Franciscus Szabó. Aenigma tuum facillimum est, neque volo lectores Iuventutis laedere, quippe qui multo difficiliora solvere soliti sint. — Vesprimenses. Diligentiam vestram laudo, sed praeter solutiones aenigmatum alia quoque mittatis, ut in Latine scribendo vos exerceatis.*

*Moderator ephemericis: E. KEMENES dr. O. S. B. Budapest, VIII., Baross-u. 62.  
ad quem litterae quaecunque mittantur.  
Sumptibus moderatorum ephemericis:  
Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr.).*